


rum ante meridiem, et post ipsum. Ponamus ergo nunc punctū aliquod orbis signorū, cuius elongatio à meridiē regionis positæ sit nota, & uolumus scire quantitatem arcus transeuntis per ipsum & per zenith capitis illius regionis positæ, & quantitatem anguli, qui euenit ex sectione illius arcus & orbis signorū. Sit ergo circulus horizontis positi circulus a e g, & circulus meridiei circulus a b g, & orbis signorū circulus d e, & punctū positū eius



punctū 3, & zenith capitis sit punctū b, & faciamus transire sup ipsum & super punctū 3 circulū circuli magni, qui sit arcus b 3 h, & sit elongatio puncti 3 à circulo meridiei, scilicet circulo a b g cum horis positis, & uolumus scire quantitatem arcus b 3, & quantitatem anguli e 3 b, faciamus ergo transire sup zenith capitis & sup punctū, supra quod orbis signorū secat circulū horizontis, & est pars oriens in illa hora, scilicet punctū e arcum circuli magni, qui sit arcus b e, & ppter ea q̄ elongatio puncti 3 à meridiē est horæ positæ, est pars oriens in illa hora nota. Est ergo ppter illud arcus e 3 notus, ergo est triāgulus 3 e h ex arcubus circuloꝝ magnorū, & angulus eius h est rectus, & angulus eius e est notus, & est angulus, qui prouenit ex sectione orbis signorū, & circuli

culi horizontis apud punctū e notū, ergo proportio sinus lateris e 3 ad sinū lateris 3 h est sicut, pportio sinus arcus anguli h recti ad sinum arcus anguli e noti, ergo proportio sinus lateris e 3 ad sinum lateris 3 h est proportio nota, & latus e 3 est notum. Oportet ergo ut sit sinus arcus 3 h notus, & ipse est minor quarta circuli, tunc ipse est notus, ergo remanet arcus 3 b notus, & propterea q̄ angulus 3 e h, sicut diximus, est notus, & angulus k e h rectus, erit angulus b e 3 notus, ergo triāgulus b e 3 est ex arcubus circuloꝝ magnorū, ergo pportio sinus lateris e b ad sinum lateris b 3, est sicut pportio sinus arcus anguli b e ad sinum arcus anguli b e 3. Sed proportio sinus arcus b e ad sinum arcus 3 b est nota, quoniā unusquisq̄ eorū est notus, ergo proportio sinus arcus anguli b e 3 noti ad sinum arcus anguli b 3 e est nota, ergo sinus arcus anguli b 3 e notus est, & ppter ea q̄ angulus h e 3 trianguli 3 e h est rectus, & latus 3 e subtensum ei est notum, & latus 3 h est notum, oportet ut sit latus e h reliquū cōprehensum, ergo angulus e 3 h suppositus ei est cōprehensum, & sinus arcus eius est notus, ergo ipse est notus, & illud est quod uolumus declarare.

### LIBER TERTIVS DE MOTV SOLIS.



**L**T postq̄ declaratum est illud, cuius demonstratio præcessit de istis scilicet particularibus, oportet post illud ut incipiat declarare quantitatem temporis anni, & est tempus, in quo incipit sol per motū à puncto aliquo sui orbis egredientis centri, usquequo redeat ad ipsum. Inquirat ergo illud tempus, ut cōsideret aduentū solis ad unam duarū æqualitātū, aut unam duarū conuersionum, usq̄ quo redeat ad illam æqualitatem aut conuersionē, & fabricauit secundū q̄ aux solis sit fixa, non mota, & propter illud inquirat motum solis mediū scilicet sectionē eius, qua secat orbem suū egredientis centri, ita, ut incipiat sol à puncto orbis signorū, usq̄ quo redeat ad ipsum, scilicet ab æqualitate aut à conuersione usq̄ ad reditum suū ad illam æqualitatem aut conuersionē. Et si declaret ei, q̄ aux solis esset mobilis, non inquireret sectionem solis, qua secat orbem suū egredientis centri per sectionē eius, qua secat orbem signorū, & poneret duas reditiones æquales, considerauit ergo solem cū armilla, qua consideratur æqualitas apud aduentū suū ad æqualitatem autumnalem, & uerificauit illam horam, & accepit de cōsiderationibus Abrachis considerationē æqualitatis autumnalis, in cuius certitudine nō fuit ambiguitas. Fuit ergo spaciū, quod fuit inter duas considerationes, cōtinens reditiones integras solis in orbe signorū, & reditiones integras, quarū numerus fuit æqualis in orbe egredientis centri, diuisit ergo illud tempus, quod fuit inter duas considerationes, & exiuit inde tempus, in quo sol secat orbem suū egredientis centri propriū sibi. Et illud est 365. dies, & minus quarta diei parte tricentesima diei secundū propinquitatem, & auctorizauit certitudinē temporis huius reditionis, quā inuenit per convenientiam eius